

Item, circa artellarias quae reperientur in Brixia et in aliis locis et fortificiis spectantibus Illustrissimo Dominio de cetero recuperandis, conventum et firmatum fuit quod artellariae que fuissent Christianissime Maiestatis sint et esse debeat ipsius Christianissimi Regis.

Item, quod tam stipendiati quam nobiles cives et
subditi Illustrissimi Dominii Venetiarum captivi Regis
et qui in regno Franciae et in caeteris dominiis Maie-
statis Sue reperirentur libere et immediate relaxen-
t prout convenit verae amicitiae et confoederationi quae
nunc firmatur inter praedictas partes, et similiter
omnes stipendiarii, nobiles cives et subditi Christia-
nissimae Maiestatis qui forent captivi Illustrissimi
Dominii, libere et immediate relaxentur.

Item, conclusum et firmatum fuit, quod in reliquis omnibus habeatur relatio ad capitula praecedentis aliantiae, confederationis et ligae, quae quidem capitula firmata et renovata et stabilita remaneant in suo robore et vigore in partibus non repugnantibus recuperationi statuum amborum partium ut supra et praesentibus capitulis et tractatu. Promiserunt praedictae partes, videlicet ipse Christianissimus Rex personaliter et praefati magnificus et clarissimus dominus Andreas Gritti procurator sancti Marci et circumspectus Aloysius Petri secretarius nuntius praefati Dominii, et virtute mandatorum ab eodem Dominio eis directorum super Sancta Dei Evangelia et sub censuris et interdictis apostolicis bene et legaliter et integre custodire, facere et observare, una quoque partium respective quo ad eam attinet, omnia et singula in praecedentibus articulis et capitulis comprehensa, secundum formam et tenorem illarum.

Loy.

ANDREA GRITI

Procurator sancti Marci.

ALOYSIUS PETRI secretarius.

Suprascripta liga et confederatio publicata fuit
63^o in platea sancti Marci in loco solito, die XXII Maii
1513, post solemnissimam praeceptionem aliaque
consueta letitiae signa.

*Ratificatio aliantiae Christianissimi Regis
Francorum domini Francisci cum Illu-
strissimo Dominio (1).*

Franciscus Dei gratia Francorum rex, Mediolani
dux et Janue dominus, universis et singulis praesen-

tes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus, quod cum inter celebri memoriae Ludovicum eadem Dei gratia Francorum regem, sacerdotum nostrum nuper defunctum, et illustrem Ducem et Dominium Venetorum fuerit pax, amicitia, foedus et perpetua aliantia inita pro eis eorumque successoribus, modo et forma contentis in tractatu dictae pacis Blesis die 23 mensis Marci anno Domini milesimo quingentesimo tertio-decimo celebrato inter deputatos et nuncios speciales dictorum Venetorum; et cum clementia Dei in regnum successerimus sententiaeque nostrae sit in ipsa pace, amicitia, foedere et aliantia sincere perseverare, congruum arbitrii sumus his litteris nostris ad maiorem et abundatiorem animi nostri expressionem declarare, nos pacem, amicitiam, foedus et perpetuam aliantiam praedictorum omniaque et singula in capitulis super ea celebratis contenta aprobare et rata habere, sieque libere ex certa nostra scientia animo-que deliberato omnibus melioribus modo, via, jure et forma quibus melius validius et efficacius de jure possumus et debemus, cum interventu omnium et singulorum solemnitatum quae in huiusmodi actibus requiruntur, firmamus, aprobatam et ratificamus, ratam et gratam firmamque habere volumus et intendimus ac sincere observare et observari facere perpetuis temporibus in verbo regio et sub honore nostro policeinur. In cuius rei testimonium, his præsentibus manu nostra propria signatis, nostrum fecimus apponi sigillum.

Datae Ambosiae, die 27 mensii Junii, anno Domini 1515 et regni nostri primo.

FRANCOYS.

Per regem

ROBERTET.

Fu posto, per li savii, scriver in Franza a sier 64
Andrea Griti, come havevamo ricevuto le sue letere
e di Alvise di Piero secrétario, di 24, in materia di
la conclusion di la liga con la Christianissima mae-
stà, et ne manderia li capitoli sotoscritti per Soa Mae-
stà per via di sguizari ; et come aspetta de qui la
ratification nostra et sotoscritton, et semo contenti
ratificarli; ben è vero quanto a Cremona et Ge-
radada

Parlò sier Zorzi Emo, fo savio dil Conseio, el qual 64* voleva fusse ; li rispose sier Piero Balbi savio dil Conseio. Poi parlò sier Luca Trun fo eao di X, qual cargò molto el Colegio in aver *maxime* scrito a Roma che si faria li oratori al Papa etc.; poi parlò su la letera di Franzo. Et

(1) Inserita posteriormente.